

1524 ultimis 8bris

247

Andreas Cricius episcopus Premisliz  
ensis, Petro Tomicki episcopo Cracovi:  
ensi, regni Polonia vicecancellario.

83

Reverendissime in Christo pater et domine, do:  
mine benefactor gratiosissime. Detinemur hic  
hactenus, ne scimus quo pacto nos hinc  
evolvere debeamus.

Supervenit huc magister Prussia, caus:  
sanque adventus sui prefatus, ut hac ma:  
iestas cum serenissimo principe Ferdinando  
prefigeret terminum sibi, et maiestati do:  
mini nostri, iuxta vim compromissi. Nescio  
quid aliud secretius moliuntur, nos curavimus  
ut nullus honor illi exhibitus esset, et ne  
aliqua in re voti compos efficiatur cura:  
bimus. Vult quaedam nobiscum tractare de con:  
cordia, quod si fiet, dabimus illi pro rei oportu:  
tate responsum, et si intra triduum ut  
nobis promittitur, non absolvemur, scribam  
omnia in quibus constiterimus accurvate.

Hesterno die sparsus hic fuit rumor  
per quemdam, qui isthinc venit, dominum  
palatinum Cracoviensem in castris occisum,  
et mox is rumor totam urbem implevit,  
viaque illum fictis ea Polonia literis sedar:  
vimus, et magnam nobis profecto nugis  
gerulus iste molestiam attulerat.

Plura per hunc nuntium non satis

certum

1524  
certum, scribere non est visum. Me reveren-  
tissime dominationi vestre commendo. Bu:  
da Feria tertia ante festum sancti Simonis et  
Iude, anno Domini millesimo quingentesimo  
vigesimo quarto.